4141



¶ Iuxta hęc Doctiſſimi Patres Frater Ilde phonſus de Noreña, & Magiſter à Veracruce in ſuis Compendiis, verbo, Confeſſor Concluſione. 4. huiusmodi ſtatuunt cõcluſionem. Frates poſſunt audire confeſſiones omnium fidelium ſola licentia ſuorum Prelatorũ [Religioſorum dico] neq; eſt neceſſe, ꝙ interueniat Epiſcopi licentia. Hæc concluſio probatur, quia ſic conceſſit Sixtus. 4. & Iulius. 2. Fratribus Minimis, vt habetur authenticê in ſuo Marimagno impreſſo. Et ſimiliter Clemens. 7. anno Domini. 1530. cõceſſit Prouinciali Sanctæ Crucis de la Isla Eſpañola [& perconſequens omnibus aliis Prouincialibus quarumcunq; Prouinciarum] & Vicario Prouincię [abſente Prouinciali] & quibus ipſi ſpecialiter, & expreſſe commiſſerint, vt poſſint omnes fideles pro confeſſionibus ad eos recurrentes ab omnibus peccatis & cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicę reſeruatis, exceptis de Cęna Domini abſoluere, non obſtantibus quibuscunq, vide ſupra, folio. 129. numero. 13.

Nota

Sed aduertunt predicti Patres primo, ꝙ iſtę cõfeſſiones erũt validę in foro cõſciẽtię tãtũ. Nam in hoc foro dũtaxat, poſſunt Fratres vir